

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5000

Auteur(s) : Nicolas le Tourain, Léry (seigneur)

Bénéficiaire(s) : Pont-de-l'Arche, Notre-Dame de Bonport (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1292, mai

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Nicolas le Tourain, seigneur de Léry en partie, approuve les acquêts faits par les religieux de Bonport dans son fief.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Andrieux Jules, *Cartulaire de l'abbaye royale de Notre-Dame de Bon-Port de l'ordre de Cîteaux au diocèse d'Évreux*, Évreux, Hérissey, 1862, n° CCCXXXVII, p. 349-350.

Texte établi d'après a

Notum sit omnibus, presentibus et futuris, quod ego Nicolaus dictus Le Tourain, dominus de Leriaco in parte, viridarius tunc temporis Montis[fortis] super Rillam, volo, concedo, laudo et approbo, et hac presenti carta confirmo quod viri religiosi et conventus monasterii Beate Marie de Bono Portu, Cisterciensis ordinis, Ebroicensis diocesis, teneant et habeant et jure hereditario possideant in excambium quarumdam masurarum et..... traditum ab eisdem, quequidem丈 measure dictis religiosis date fuerunt in fundatione prima monasterii ipsorum, que debebant dictis relig..... servitium et pratorum, et quas acquisierant et attraxerant ad me ipsum, et pro triginta solidos turonensium, quos michi et heredibus Sancti Michaelis in Monte Gargano, singulis annis, solvere tenebuntur, omnia quecumque hactenus acquisierunt in feodo meo de Leriaco..... donationis vel titulo emptionis, seu quocumque alio nomine censeantur, tali conditione habita inter me et ipsos quod quotienscumque dicti religiosi dictos triginta solidos turonensium annui redditus, ad emendam in proprio feodo meo de Leriaco poterunt invenire, ipsi michi dictum redditum in feodo..... pretactum est assignabunt. Et ego teneor acceptare, quibus assignatis, dicti religiosi a prestatione et solutione predictorum triginta solidorum..... remanebunt absoluti penitus et immunes. Ego vero prefatus Nicolaus volo quod predicti religiosi acquisita..... teneant..... quiete per redditum supradictum ab omni exactione seculari et ab omnibusque exigi et excogitari possent et de omnibus que..... vel heredum meorum possunt aliqualiter devenire, et sine contradictione vel revocatione mei vel heredum meorum super premissis de cetero faciendis..... dictis acquisitis ego vel heredes mei quidpiam poterimus amodo reclamare. Et tenemur ego et heredes mei dicta acquisita dictis religiosis garantizare et defendere, ad usus et consuetudines patrie, contra omnes. In cuius rei testimonium et munimen, presentes..... religiosis memoratis tradidi sigillatas.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, mense maio.